

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Electio r
cum uariis

Necessarium probatur esse rei publice personas dignitatibus aptas eligere ut cui iusticia committitur, malis moribus non grauetur. Alioquin inefficax est ab homine exigere quod agnoscitur non habere et confidenter queritur quod inesse sentitur.

Cassiodorus libro III. epistolarum.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

esse rei publice] rei publice esse C; cui] qui (*cor. intra*) B; confidenter] confitenter L¹